terre. Dicite filie ſyon. Ecce ſaluator
tuus uenit. ecce merces eius cum eo. et op*us*
eius coram illo. Et uocabunt eos p*o*p*u*l*u*s
s*an*c*tu*s. redempti a d*omi*no d*e*o n*ost*ro.

[A]p*ostolus* Apparuit benig
nitas et humanitas ſaluato
ris n*ost*ri dei. Non ex operib*us* iuſticie que
fecimus nos. ſed ſecundum ſuam miſericordiam
ſaluos nos fecit. per lauacrum regenera
tionis et renouationis ſp*iritu*s s*an*c*t*i. quem
effudit in nos abunde. per ih*esu*m xp*istu*m
ſaluatorem n*ost*rum. ut iuſtificati gr*ati*a
ipſius. heredes ſimus. ſecundum ſpem uite
eterne. In xp*ist*o ih*es*u d*omi*no n*ost*ro. [B]enedic
tus qui uenit in nomine d*omi*ni. d*eu*s d*omi*n*u*s et il
luxit nobis. [A] d*omi*no factum est et est mira
bile in oculis n*ost*ris. [A]lleluia. [D]*omi*n*u*s regnauit.
decorem induit. induit d*omi*n*u*s fortitudinem
et p*re*cinxit ſe uirtute.

[S]*ecundum* l*ucam*. In ill*o* t*empore*. Paſtores loquebantur ad
inuicem. Tranſeamus uſque bethleem.
et uideamus hoc uerbum quod factum est. quod
fecit d*omi*n*u*s et oſtendit nobis. Et uene
runt feſtinantes. et inuenerunt mari
am et ioſeph et infantem poſitum
in preſepio. videntes autem cognoue
runt de uerbo quod dictum erat illis de
puero hoc. Et omnes qui audierunt mi
rati ſunt et de his que dicta erant
a paſtoribus ad ipſos. Maria autem con
ſeruabat omnia uerba hec. conferens
in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſto
res. glorificantes et laudantes d*eu*m
in omnibus que audierant et ui

derant. ſicut dictum est ad illos.

[D]eus enim firmauit orbem terre
qui non commouebitur. parata ſedes tua
d*eu*s. ex tunc a ſeculo tu es. [M]unera
n*ost*ra q*uesumu*s d*omi*ne natiuitatis hodier
ne myſteriis apta proueniant. ut
ſicut homo genitus idem refful
ſit deus. ſic nobis hec terrena ſubſtan
tia conferat quod diuinum est. P*er*. e*undem*.

[D]*omi*ne munera dignanter
oblata et beate anaſtaſie ſuffra
gantibus meritis. ad n*ost*re ſalutis
auxilium prouenire concede. P*er*.

[E]xulta filia ſyon. lauda filia ierusalem.
ecce rex tuus uenit s*an*c*tu*s et ſaluator mundi.
[H]uius nos d*omi*ne ſacramenti [s]emper noui-
tas ſemper nouitas natalis inſtau
ret. cuius natiuitas ſingularis.
humanam repulit uetuſtatem. P*er*. e*undem*.

[S]aciaſti d*omi*ne familiam
tuam munerib*us* ſacris. eius q*uesumu*s ſem
per interuentione nos refoue. cuius
ſollempnia celebramus. P*er*.

[P]uer natus est no
bis. et filius datus est no
bis. cuius imperium ſuper hu
merum eius. et uocabitur no
men eius magni conſilii angelus. Can
tate d*omi*no canticum nouum. quia mirabilia
[C]oncede q*uesumu*s omnipotens d*eu*s. [F]ecit.
ut nos unigeniti tui noua per
carnem natiuitas liberet. quos
ſub peccati iugo uetuſta ſerui
tus tenet. P*er*. e*undem*.